Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



69

ysaias

nomnis domini exercituũ monte
syon. Capitulum. xix.
Onus egypti. Ecce dominus
ascendet super nubem leuem
et ingredietur egyptum. et
mouebuntur simulacra egypti
a facie eius. et cor egypti tabescet
in medio eius. Et conturbabo egyptios
egyptios aduersum egyptios. et pug
nabit unus contra fratrem suum. et unus
contra amicum suum: ciuitas adui
sus ciuitatem. et regnum aduersus
regnum. Et diuinabitur spiritus egyp
ti in uisceribus eius. et consilium eius
euanescet. Et interrogabunt simu
lacra sua et dominos suos. et pyth
ones et aruolos. Et tradam egyp
tum in manu dominorum crudelium.
et rex fortis dominabitur eorum ait do
minus exercituum. Et arescet aqua de
mari. et flumen desolabitur atque sic
cabitur. et deficient flumina. ac
deuastabuntur. et siccabuntur rami
agrum. Calamus et iunci marc
escent. Et Iudabit alueus iuxta
fontem suum. et omnis sementis ri
gua siccabitur. et arescet et non erit.
Et merebunt piscatores. et ingemet
omnes in flumine mittentes ha
mum. et expandentes retia super faciem
aquae marcescent. Et confundentur
qui operantur linum pectentes et
texentes subtilia. Et erunt irrigua
eius fractura. omnes qui fac
iebant lacunas ad capiendos pis
ces. Stulti principes tanaeos. sa
pientes consiliarii pharaonis deliberat
consilium insipiens. Quomodo dice
tis pharaoni. filius sapientium ego.
filius regum antiquorum. ubi sunt
nunc sapientes tui. Annuntient
tibi et indicent. quid cogitauit do
minus exercituum super egyptum.
Stulti facti sunt principes tanaeos.
conparauerunt principes mephiseos.
Deceperunt egyptum angulum po
pulorum eius. Dominus miscuit
in medio eius spiritum uertiginis. et de
ceperunt egyptum omni opere
suo. sicut errat ebrius et uomens.
Et non erit opus egypto quod faciat
caput et cauda in turbante et ur
frendente. In die illa erit egyp
tus sicut mulieres. et stupebunt et
metuent a facie commotionis ma
nus domini exercituum. quam ipse
mouebit super eam. et erit terra iuda
egypto in pauorem. Omnis qui
uisus fuerit recordatus. pauebit
a facie consilii domini exercituum
quod ipse cogitauit super eam. In illa
die erunt quinque ciuitates in terra
egypti loquentes lingua chanaan.
et iurantes per dominum exercituũ. Ci
uitas solis uocabitur una. In die il
la erit altare domino in medio terre
egypti. et titulus domino iuxta ter
minum eius. et erit in signum et in
testimonium domino exercituũ in
terra egypti. Clamabunt enim ad
dominum a facie tribulantis. et mittet
eis saluatorem. et propugnatorem
qui liberet eos. Et cognoscetur domi
nus ab egypto. et cognoscent egyptii
dominum die illa. et colent eum
in hostiis et muneribus. et uota uouebunt
domino et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga et
sanabit eam. et reuertentur ad do
minum. et placabitur eis. et sanabit
eos. In die illa erit uia de egypto
in assyrios. et intrabit assyrius in
egyptum. et egyptius in assyrios. et
seruient egyptii assyriis. In die illa
erit israel tertius egypto et assyrio. be
nedictio in medio terre. cum benedixit